Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

terre. Reges eos in uirga; et tamquam
uas figuli confringes eos. Et nunc
reges intelligite; erudimini omnes qui
iudicatis terram. Seruite domino
in timore; et exultate ei cum tremore
Apprehendite disciplinam ne quando
irascatur dominus; et pereatis de uia
iusta. Cum exarserit in breui ira
eius; beati omnes qui confidunt in eis

Domine quid multiplicati sunt
qui tribulant me;
multi insurgunt aduersum me. Mul
ti dicunt anime mee; non est salus
ipsi in deo eius. Tu autem domine sus
ceptor meus ~~et liberator meus~~ es gloria
mea; et exaltans caput meum. Voce
mea ad dominum clamaui; et exaudiuit
me de monte sancto suo. Ego dormi
ui et soporatus sum et exsurrexi; quia
dominus suscepit me. Non timebo
milia populi circumdantis me exsurge do
mine; saluum me fac deus meus
Quoniam tu percussisti omnes aduer
santes mihi sine causa; dentes peccatorum
contriuisti. Domini est salus; et
super populum tuum benedictio tua.

Cum inuocarem exaudisti me
deus iusticie mee; in tribula
cione dilatasti michi. iserere mei
et exaudi orationem meam. Filii ho
minum usque quo graui corde; ut quid
diligitis uanitatem et queritis men
dacium. Et scitote quoniam mirificauit
dominus sanctum suum; dominus exaudiet me
cum clamauero ad eum. Irascimini et noli
te peccare que dicitis in cordibus uestris

et in cubilibus uestris compungimini
Sacrificate sacrificium iusticie
et sperate in domino; multi dicunt quis
ostendit nobis bona. Signatum
est super nos lumen uultus tui domine
dedisti leticiam in corde meo. A fr
uctu frumenti; uini et olei sui mul
tiplicati sunt. In pace in idipsum
dormiam et requiescam. Quoniam tu
domine singulariter in spe; constitu
isti me.

Verba mea
auribus percipe domine intellige
clamorem meum. Intende uoci
orationis mee. rex meus et deus meus
Quoniam ad te orabo domine mane ex
audies uocem meam. Mane ad
stabo tibi et uidebo. quoniam non deus uolens
iniquitatem tu es. Neque habitabit iuxta
te malignus. neque permanebunt in
iusti ante oculos tuos. Odisti omnes
qui operantur iniquitatem. perdes omnes
qui loquuntur mendacium. Virum
sanguinum et dolosum abhominabitur
dominus. ego autem in multitudine mi
sericordie tue. Introibo in domum
tuam. adorabo ad templum sanctum
tuum in timore tuo. Domine deduc
me in iusticia tua propter inimicos meos
dirige in conspectu tuo uiam meam
Quoniam non est in ore eorum ueritas
cor eorum uanum est. Sepulchrum
patens est guttur eorum linguis su
is dolose agebant. iudica illos deus
Decidant a cogitationibus suis secun
dum multitudinem impietatum
eorum expelle eos. quoniam irritauerunt
te domine. Et letentur omnes